



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 3. Sessio XXIII. Basileensis Concilii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](#)

ricarum Rectorem misit, qui Episcopos Sæcul. XV.  
& Prælatos Basileam ire recusantes, o- A.C. 1436.  
mnibus bonis exueret.

§. III.

*Sessione vigesima tertia Basileensis  
Synodi.*

Celebrata est die vigesima quinta Mar- *Lab. Conc.*  
tii Basileensis Concilii Sessione vigesi- *tom. 12. p.*  
ma tertia, in qua Patres articulos de re- 557.  
formatione, qui in Sessione quadragesima  
Synodi Constantiensis quasi perfunctorie  
attингebantur, jam serio studio pertracta-  
bant. Itaque decernebant. I. Quoties-  
cunque Sedem Apostolicam vacare contige-  
rit, Cardinales omnes decima die, postquam  
vacaverit, in capellam aliquam prope conclav-  
e convenient; Inde præcedente Cruce, bi-  
ni cum devotione cantando, *VENI CREA-*  
*TOR SPIRITUS* incedentes, locum con-  
clavis ingrediantur: quo nonnisi duos Cle-  
ricalos quilibet introducat, quorum unus sit  
Notarius. Quibus peractis fores Con-  
clavis claudantur, ac quodcumque aliud  
commercium Cardinalibus interdicatur,  
ut solitudinis quiete ad recipiendam Spi-  
ritus Sancti unctionem, qui ejusmodi elec-  
tiones semper dirigere debet, aptiores efficiantur. Quod idem jam sub Alexan-  
dro III. in Concilio Lateranensi III.  
sapientissime statutum legimus. In præ-  
*Hist. Ecclesiast. Tom. XXVII. P senti*

Sæcul. XV. senti decreto additur: quod Cardinales  
 A.C. 1436. antequam scrutinium inchoent, antepositi  
 sanctis Evangelii jurent, eum eligere in P<sup>o</sup>  
 tificem, quem credent universali Ecclesiæ  
 in spiritualibus & temporalibus utili, &  
 tantæ dignitati idoneum.

## §. IV.

De Professione Fidei a Papa  
 emittenda.

Labb, ibid.  
 pag. 558.

II. Synodus statuit, quod electus in Pa-  
 pam illico professionem fidei emi-  
 tat juxta formam in Sessione XXXIX  
 Concilii Constantiensis præscriptam: E-  
 go N. electus in Papam, omnipotenti De-  
 cujus Ecclesiam suo præsidio regendam  
 scipio, & beato Apostolorum Principi in  
 de & ore confiteor, & profiteor, quod, quan-  
 diu in hac fragili vita constitutus fu-  
 me firmiter credere, & tenere fidem Catho-  
 cam, secundum traditionem Apostolorum  
 generalium Conciliorum, & aliorum sancti-  
 rum Patrum, maxime autem Sanctorum  
 Conciliorum universalium, videlicet pri-  
 Nicæni, secundi Constantinopolitani, ter-  
 Ephesini, primi & quarti Chalcedonensi,  
 quinti & sexti item Constantinopolitani, &  
 optimi Nicæni, octavi quoque Constantinop-  
 litani, necnon Lateranensis, Lugdunensi,  
 Viennensis, Constantiensis & Basileensis  
 generalium etiam Conciliorum, & illam fa-